

pueris ingenium ad omnes disciplinas aptissimum inerat, Tyrum postea a Mnesarcho fuisse abductum, et Chaldaeis ibidem commendatum, quorum doctrina imbui in primis cupiebat. Reuersum autem inde in Ioniam Pythagoram, primum Pherecydi Syrio sese adiunxisse; deinceps Hermodamanti Creophylio, qui senex in Samo tum degebat. Nec tamen deesse scribit Cleanthes, qui patrem eius Tyrrenum affirmant, ex illorum genere, qui Lemnum incolebant: cumque negotiorum causa inde in Samum venisset, permansisse isthic, ciuemque factum fuisse. Mnesarcho autem in Italiam nauigante, Py-

supra captum hominis animi augustior. Et alibi de Platone: Pueri eius acre in percipiendo ingenium. Sed haec potius ὀξύτης, pars εὐμαθείας: de qua infra. Hac enim Pythagoram et Platonem maxime valuisse Arnobius quoque testatur lib. 11. Platonica licet aut Pythagorica progenies, aut horum alicuius, qui acuminis perhibentur fuisse divini.

- 4) Φερεκύδη τῷ Σύρω] Ex Syro maris Aegei insula oriundus fuit, non ex Syria orientis prouincia. Hinc enim gentile Syrus, inde Syrius. Sexcentis hac in re peccatum video apud Clementem Alex. Euseb. de Praep. Theodoretum, Diogenem Laërtium, et alios: vbi interpretes Syrum semper reddunt. Apud hunc Serm., 1. Gr. Aff. male legitur, ὁ μὲν γὰρ Φερεκύδης Τύριος ἦν, οὐκ Ἀθηναῖος. Apud Diogenem quoque Laërtium vitiose, ἀν Σύρω τῇ νήσῳ, pro Σύρω: vt et apud Suidam v. Φερεκύδης. ἐστὶ δὲ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ἢ Σύρω, πλησίον Δήλου. vbi leg. Σύρος. Hic error levis: principes tamen eruditorum in maiorem induxit: qui omnem sapientiam ex Syria in Graeciam delatam hoc argumento contendunt, quod Pythagoras primus philosophorum Σύρω praeceptore fuerit vsus.

ex scientiae suae secretis scitum aliquid et elegans aliis essent tradituri, et ex quo multae physicae conclusiones deducerentur, tum imprimis tetractyn, quam vocant, siue quaternionem, iurabant per eam, et Pythagoram dei instar, veluti testem iurisiurandi appellantes, omnibus abs se confirmatis addebant:

*Iuro tibi hunc, a quo datus ille quaternio menti
Nostrae, ex quo natura fluit ceu fonte perenni.*

Quascunque vero ciuitates in itinere suo per Italiam atque Siciliam, partim quidem iam a multis annis, partim recens adeo, seruitute a se inuicem oppressas offendit, animo ad libertatem adspirante complens, per auditores suos, quos e singulis ciuitatibus habebat, in libertatem asseruit: Crotonem scilicet, et Sybarin, Catanam, Rhegium, Himeram, Agrigentum, et Tauromenium, aliasque nonnullas: quibus etiam leges sciuit per Charondam Catanaeum et Zaleucum

*κόμη· τετράς δὲ, πόλις· τὸ γὰρ ἔθνος ἐκ τούτων σύγκειται.
Septimus quaternarius est societatum. Principium quidem et quasi vnitus est homo: binarius est domus: ternarius, pagus: quaternarius, ciuitas: nam ex hisce gens integra consistit. MS. Vaticanus priorem versum Pythagorici iuramenti sic legit: Οὐ μὰ τὸν ἡμιτέρα γενεῶ
etc. pro ψυχῶ.*

47) *Ταυρομένην*] Sic ex eiusdem MS. fide edidi: qua inflexione in multis recentioribus notitiis huius ciuitatis nomen scriptum reperi.

pio quidem semetipsum sensim ad rerum aeternarum eiusdemque generis et incorporearum, perpetuo secundum idem atque eodem modo se habentium contemplationem assuefaciens: a minutioribus ordine progrediens: ne subita, atque repentina mutatione auertatur atque renuat, ob tantam tamque diuturnam nutrimenti prauitatem. Mathematicis itaque scientiis, et speculationibus illis, quae inter corpora atque incorporea mediae sunt, et quasi in vtrorumque confinio (triplicem enim dimensionem corporum instar habent, sed absque resistentia tanquam incorporea) veluti praeexercitationibus paulatim utebatur, ad contemplationem eorum quae vere existunt: artificiosa quadam ratione mentis oculos a rebus corporeis, nunquam secundum idem atque eodem modo in vno eodemque statu vel tantillum permanentibus, ad alimentorum desiderium abducens. Quorum ope contemplationem eorum quae vere existunt introducendo, homines beatos reddebat. Mathematicarum ergo artium vsus in hunc finem adhibebatur. Doctrinam numerorum autem, vt inter alios Moderatus Gaditanus affirmat, qui Pythagoreorum placita XI libris eruditissime complexus est, hanc ob causam studiose excoluerunt: Cum enim primas, inquit, formas, primaque principia oratione perspicue explicare nequirent, quod

Porphyrius legendus potius videtur Graecis. Hinc patet
 ex Niceto deponitione Porphyrius. Nec mirum quod
 Graeci, uti scriptum: Porphyrius, velis Simplicius a
 Porphyrio, vel Porphyrius. Eundem videtur Simplicius
 quae ad VI. hinc illas sententias videtur, et cum
 Simplicius scribit: Porphyrius videtur in Porphyrius.
 Immo intelligere debemus, videtur non
 modo videtur, sed Porphyrius, et Simplicius, et Porphyrius,
 ut Scribit et Iulianus, cap. 15. vbi videtur videtur ad
 adulationem Porphyrius, cum ad videtur non
 videtur et videtur videtur videtur Porphyrius videtur
 et cum et videtur Porphyrius.

¶ Sed non videtur videtur in Porphyrius et non
 videtur, non videtur in Porphyrius. Eundem patet
 videtur videtur videtur Porphyrius videtur videtur
 quae non vbi loci videtur: ut cap. 7. e. 17. et e. 31.
 Videtur videtur videtur videtur a Porphyrius videtur
 et, quae non videtur a Porphyrius: videtur in
 videtur, non videtur, a Porphyrius videtur, non
 videtur, cap. 13. De videtur videtur
 videtur non hinc q. IX videtur videtur videtur et cum
 in qua non videtur videtur, quod non de his videtur
 videtur videtur videtur quod videtur videtur
 quae videtur videtur videtur videtur, quae ad
 videtur, quae ad videtur videtur. De videtur
 videtur Pet. Victor. lib. XVI. Videtur, e. 21. Sed
 videtur paulo non in hinc e. 30. videtur, bene de
 videtur, videtur non videtur videtur vel videtur
 videtur videtur, quibus non videtur videtur
 videtur est. Videtur loco, vbi videtur non
 videtur in: videtur, non in: videtur. cum
 videtur videtur, quae in videtur videtur
 cum et quae in videtur videtur, et in
 videtur, ut illam hinc videtur, quippe
 quae videtur. videtur non videtur, ne
 videtur in videtur videtur videtur
 videtur, sed videtur, atque videtur, ut
 videtur et videtur sua videtur, cum
 videtur iam videtur videtur: ibi ergo
 videtur, non de videtur videtur quod in
 videtur videtur: hinc vero videtur ne
 videtur quae in videtur videtur, cum
 nullo videtur. Ego quod videtur videtur
 videtur videtur, et videtur hinc non
 videtur, videtur, sed videtur, vel videtur. Quod
 quae videtur

musices a veteri sua praestantia degenerationem. Ἄν δὲ
 εἰκὴ καὶ ἀλόγως ἄπτονται τῆς μουσικῆς etc. Item: μετὰ δὲ
 ταῦτα γενομένης ἀταξίας, καὶ γηρασάντων σχεδὸν ἀπάντων τῶν
 ἀρχαίων νομίμων, ἧ τε προαίφεις αὐτῆ κατελύθη, καὶ τρόποι
 μουσικῆς φαῦλοι κατεδείχθησαν, οἷς ἕκαστος τῶν χρωμένων, ἀντὶ
 μὲν πρῶτοντος περιποιεῖτο μαλακίαν, ἀντὶ δὲ σωφροσύνης ἀκολα-
 σίαν καὶ ἄνεσιν. ἔσται δὲ ἴσως τοῦτο μᾶλλον, καὶ ἐπὶ πλείον προ-
 αχθήσεται, etc. Quem locum tanto libentius ascripsi, quod
 ex parte ad nostri quoque aevi mores pertineat, quibus saepe
 seruire cogitur musica ad luxuriam, leuitatem, ac petu-
 lantiam, qua Pythag. et qui ab eo, ad omnia alia vtebantur:
 vt mirum non sit, iam pridem corruptam nos habere rem-
 publicam. Plato enim hoc tradidit, commutatis modis mu-
 sicis, etiam animos hominum et rempublicam immutari
 solere. Sed quando Lacedaemoniorum facta est mentio,
 quanto illi studio coluerint musicam, referatur, sane ὁδοῦ
 παρέργως historia de iisdem, quae extat apud Suid. in pro-
 verbio Μετὰ Λέσβιον ᾠδῆν. Seditione laborabant Lacedae-
 monii atque discordiis intestinis: quo malo vt liberarentur,
 oraculo moniti sunt, cantorem Lesbium accerserent. Ita
 Terpandrum, excellentem musicum, Antissa aduocarunt: quem
 cum in suis conuiujs sive σισσιτίοις canentem audiuissent,
 seditione et discordiis intestinis valere iussis in gratiam red-
 ierunt. Οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Λεσβίους καθαροὺς πρώτους
 προσεκαλοῦντο. ἀποκαταστατοῦσης γὰρ τῆς πόλεως αὐτῶν, χρη-
 σμὸς ἐγένετο, Λέσβιον ᾠδὸν μεταπέμψασθαι· οἱ δὲ ἐξ Ἀντίσσης
 Τέρπανδρον ἐφ' αἵματι φεύγοντα μεταπεμψάμενοι ἤκουον αὐτοῦ ἐν
 τοῖς σισσιτίοις, καὶ κατεστάλησαν. Et rursus: Οἱ Λακεδαιμό-
 νιοι στασιάζοντες μετεπέμψαντο ἐκ Λέσβου μουσικὸν Τέρπανδρον,
 ὅστις ἤρμωσεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, καὶ τὴν στάσιν ἔπαυσεν, etc.
 Concludamus haec elogio illo musices, quod ex Theophilo
 citharædo refert Athenæus d. lib. X. Μίγας Θεσαυρὸς ἐστὶ
 καὶ βέβαιος ἡ μουσικὴ ἅπασιν τοῖς μαθητοῖσι παιδευθεῖσι τε. Καὶ
 γὰρ τὰ ἤθη παιδεύει, καὶ τοὺς θυμοειδεῖς καὶ τὰς γνώμας διαφό-
 ρους καταπραίνει. Minime vero hic omittendum censeo illu-
 stem de vi musices locum Ammonii, qui extat in commen-
 tario ipsius eis τὰς πέντε φωνὰς pag. 12. et seq. edit. Venet.
 praesertim cum et historia quaedam de Pythagora ibi attin-
 gatur. Ἡ δὲ μουσικὴ τὰς τῶν χορδῶν συμφωνίας ἐπισκέπτεται·
 ἐπιτηδεύει δὲ καὶ τινα μέλη, κοιμίζοντα μὲν τὰ τῆς ψυχῆς πάθη,
 διεγείροντα δὲ αὐτὴν ἐπ' ἀρετὴν. Ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, δηλοῖ
 τὰ εἰ σωζόμενα ἔχρη, καὶ οἷον ἀποπτώσεις τῆς μουσικῆς. Ἀκού-
 οντες γὰρ σάλπιγγος, θνησιώτερον διατιθέμεθα· καὶ διὰ τοῦτο

*Omnia mutantur: nihil interit: errat et illinc
Huc venit; hinc illud, et quoslibet occupat artus
Spiritus, equo feris humana in corpora transit,
Equo feris noster, nec tempore deperit ullo etc.*

Lactantius Firmian. lib. III. *De Falsa Sapiencia* cap. 19. *Nisi forte credimus inepto illi seni, qui se in priori vita Euphorbum fuisse mentitus est. Hic (credo quod orat nobili genere natus,) familiam sibi ex Homeri carminibus adoptavit. O miram et singularem Pythagorae memoriam! O miseram obliuionem omnium nostrum, qui nescimus, quid ante fuimus! Sed fortasse vel errore aliquo vel gratia sit effectum, ut ille solus Letheum gurgitem non attigerit, nec obliuionis aquam gustauerit: videlicet senex vanus, sicut otiosae aniculae solent, fabulas tanquam infantibus credulis fuxit. Quod si bene sensisset de iis, quibus haec locutus est, si homines eos existimasset, nunquam sibi tam petulanter mentiondi licentiam vindicasset. Sed deridenda hominis leuissimi vanitas, etc. Idem lib. VII. *De Diuino praemio* cap. 23. *De anastasi philosophi quoque dicere aliquid conati sunt, tam corrupte quam poëtae. Nam Pythagoras transire animas in noua corpora disputauit: sed inepte, quod ex hominibus in pecudes, et ex pecudibus in homines, et seipsum ex Euphorbo esse reparatum, etc.**

Eandem μετεμψυχῶσεως seu μετεσωματώσεως seu παλιγγενεσίας (tot enim nominibus appellabat) vanitatem prolixè Tertullianus quoque refellit lib. *De Anima*, maxime cap. 28. 31. et 32. Vocat ille etiam animarum recidiuatum reuolubilem semper ex alterna mortuorum atque viuientium suffocatione. Recidiuatum, ut recidiuam febrem appellamus. De multis Tertullianicis pauca hic ascribam. Sic ergo doctissimus ille Afer cap. 28. *Neque veritas desiderat vetustatem, neque mendacium deuitat nouellitatem. Teneo plane falsum antiquitate generosum. Quidni falsum, cuius testimonium quoque ex falso est? Quomodo credam non mentiri Pythagoram, qui mentitur, ut credam? Quomodo mihi persuadebit, Aethalidem, et Euphorbum, et Pyrrhum piscatorem, et Hermotimum se retro, et Pythagoram fuisse, ut persuadeat, viuos ex mortuis effici, qui iterum se Pythagoram peierauit? etc. Vide eundem Tertullianum *Apologetico aduersus Gentes* cap. 48. et *De Resurrectione carniu* cap. 1. Hausit vero Pythagoras hoc dogma περί μετεμψυχῶσεως ab Aegyptiis: de quibus iuuat audire Herodotum *Euterpe*, seu *Musa altera*: *Ἡρώτοι δὲ καὶ τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοι εἶσι εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι.**

- Pherecydes** Syrus in insula Delo phthiriasi extinctus est. 55.
- Pherecydem** praeceptorem in Delo aegrotantem curauit et mortuum sepeliuit Pythagoras. 15.
- Philosophi** complures a Pythagora et Pythagoreis aliqua (et quidem fructuosiora quaeque) dogmata mutuati; caetera deinde ab inuidis et sycophantis exagitata sunt.
- Philosophiae** Pythagoricae scopus, liberare mentem vinculis corporis indusam. 46.
- Philosophia** Pythagorica cur extincta sit, plures afferuntur causae. 53.
- Phintias** a Dionysio Siciliae tyranno capitis condemnatus, quasi qui in ipsum coniurauisset, dato fideiussore Damone de se iterum sistendo, paucarum horarum comestum ab eo impetrat, ut possit res suas et socii prius disponere, seque ante solem occasum ad praecisam mortem oppetendam sistit, cum omnium admiratione. 60.
- Phoenices** numerorum et proportionum ab antiquo studiosi. 6.
- Physiognomoniae** quantum tribuerit Pythagoras. 13.
- Physiognomoniam** Cylonis non placuit Pythagorae, ideoque ipsum a sua disciplina, ad quam aspirabat, repulit. 54.
- Piscatoribus** reti magnum onus extrahentibus ex profundo, praedixit Pythagoras piscium, quos cepissent, numerum, omnesque viuos dimitti iussit post accuratam annumerationem. 25.
- Planetae** canes Proserpinae dicti Pythagorae. 41.
- Plato** multa mutuatus est a Pythagoreis. 53.
- Plieas** Pythagorae dicta lyra Musarum. 41.
- Polycratis** tyrannidem ut sibi, ingenuo homini, intolerabilem fugiens Pythagoras, discedit Samo in Italiam. 9. et 16.
- Polycratis** Samiorum tyranni literis commendatitiis instructus Pythagoras ad Amasin Aegyptiorum regem proficiscitur, ut ab hoc porro commendetur sacerdotibus Aegyptiis. 7.
- Populari** via ne incedito. 42.
- Praeceptores** Pythagorae Pherecydes, Hermodamas et Anaximander. 2.
- Primarum** specierum et primorum principiorum difficultatem quo pacto Pythagoras conatus sit per numerorum doctrinam innuere suis auditoribus. 48.
- Proserpinae** canes, vid. Planetae.
- Pyrrhus** olim fuit Pythagoras. 45.
- de Pythagorae *σὺφθέσις* a teneris, adque omne disciplinarum genus aptitudine. 1.

